

BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII 15.001

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3000  
WWW.CHICAGO.EDU

UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3000  
WWW.CHICAGO.EDU

UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3000  
WWW.CHICAGO.EDU

*Nmer 15.*




**M I S S A E**  
**PRO DEFUNCTIS**  
**TANTVM DESERVIENTES,**

*Ex Missali Romano recognito desumptæ,*  
**CVM ORDINARIO ET CANONE,**  
*vt in ipsis servatur.*

**AD USUM ECCLESiarUM**  
**REGNI POLONIAE.**

112.106




*1/2 sk.*

112106

**CRACOVIAE, Typis Universitatis.**  
**ANNO DOMINI, M. DC. XCIV.**

# ORDO MISSÆ.

Sacerdos paratus, cum ingreditur ad Altare, & factâ illi debitâ reuerentiâ, signat se signo Crucis, à fronte ad pectus, & clarâ voce dicit:



**I**N Nómine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. **Deinde junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam.** Introibo ad Altare Dei. **Ministri R.** Ad Deum qui lætificat iuventutem meam. **Signat se dicens V.** Adjutorium nostrum in nómine Domini. **R.** Qui fecit cœlum & terram.

**Deinde junctis manibus profundè inclinatus facit Confessionem.**

**C**onfiteor Deo Omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioánni Baptista, Sanctis Apostolis, Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere. **Percutit sibi pectus ter, dicens:** mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beátam Mariam semper Virginem, Beátum Michaëlem Archangelum, Beátum Ioánnem Baptistam, Sanctos Apostolos, Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum. **Mini: R.**

**M**isereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternâ. **Sacerdos dicit, Amen. Et erigit se. Deinde Ministri repetunt Confessionem: & vbi à Sacerdote dicebatur, vobis fratres, & vos fratres, à ministris dicitur, tibi Pater, & te Pater.**

**Postea Sacerdos junctis manibus facit absolutionem, dicens:**

**M**isereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. **R. Amen.**

**Signat se signo Crucis, dicens:**

**I**ndulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. **R. Amen.**

**Et inclinatus prosequitur. V.** Deus tu conversus vivificabis nos. **R.** Et plebs tua lætabitur in te. **V.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam. **R.** Et salutare tuum da nobis. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Et extendens ac jungens manus, clarâ voce dicit, O remus, & ascendens ad Altare, dicit secreto:**

**A**ffer à nobis, quæsumus Domine, iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum, puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Deinde junctis manibus super Altare, inclinatus dicit:**

**O**ramuste, Domine, per mérita Sanctorum tuorum, **Osculatur Altare in medio** quorum Reliquiæ hic sunt, & omnium Sanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea, Amen.

A 2

Postea cele.



XVII- 15001-IV

ANNO DOMINI M. DC. XCIV.

Postea celebrans signans Missale signo crucis, incipit Introitum: quo finito, junctis manibus alternatim cum ministris dicit:



**K**Yrie eleison. Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **C**hriste eleison. **K**Yrie eleison, Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Deinde osculatur Altare in medio, & versus ad populum dicit ꝑ.

Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Postea dicit: **O**remus, & Orationes, vnam aut plures, vt ordo officij postulat: sequitur **E**pistola, Graduale, & Tractus, vel **S**equentia, vt tempus postulat.

Deinde ferens Missale ad cornu Evangelij, dicit:

**M**unda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaie Prophete calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt Sanctum Evangelium tuum dignè valeam nuntiare. Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Deinde dicit ꝑ. Dominus vobiscum **R.** Et cum spiritu tuo. **E**t pronuntians **S**equentia **S.** Evangelij secundum Joannem.

Pollice dextræ manus signat librum in principio Evangelij, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore, & pectore: & dum

Ministri respondent, **G**loria tibi Domine.

Quo finito non osculatur librum:

Per Evangelica dicta, deleantur nostra delicta.

Deinde osculatur Altare, & versus ad populum dicit ꝑ. Dominus

vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. Postea dicit, **O**remus, & **O**fferitorium.

Quo dicto accipit patenam cum Hostia, quam offerens, dicit:

**S**uscipe sancte Pater, omnipotens æternæ Deus, hanc immaculatam Hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero, pro innumerabilibus peccatis & offensionibus & negligentis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: vt mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde reposita Hostia super corporale, & mittens vinum, in calice, & aquam non benedicens, dicit: **O**ratio.

**D**eus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquæ & vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ

nostræ fieri dignatus est particeps Jesus Christus Filius tuus Dominus noster. Qui tecum vivit.

Postea accipit Calicem, & offert, dicens:

**O**fferimus tibi, Domine, Calicem salutaris, tuâ deprecantes clementiam: vt in conspectu divinæ Majestatis tuæ, pro nostra & totius mundi salute, cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Deinde facit signum crucis cum Calice, & illud ponit super Corporale, & palla cooperit: tum junctis manibus super Altare, aliquantulum inclinatus dicit:

**I**n spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Domine: & sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, Domine Deus.

Erectus expandit manus, easq; in altam porrectus jungens, elevatis ad cælum oculis: & itatim demissis, dicit:

**V**eni sanctificator omnipotens æternæ Deus: **B**enedic oblatam, proseguendo, & benedicens hoc Sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

Interim Sacerdos lavat manus, dicens.

**L**avabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.

**E**t audiam vocem laudis: & enar-

rem vniversa mirabilia tua.

**D**omine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitatiõnis gloriæ tuæ.

**N**e perdas cum impijs animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

**I**n quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

**E**go autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

**P**es meus stetit in directo: in Ecclesijs benedicam te Domine. sine Gloria Patri.

Deinde aliquantulum inclinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo dicit:

**S**uscipe Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriã Passiõnis, Resurrectiõnis, & Ascensiõnis Jesu Christi Domini nostri: & in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, & Beati Joannis Baptistæ, & Sanctõrum Apostolorum Petri & Pauli, & istorum, & omnium Sanctõrum: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriã agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, & versus ad populum, extendens & jungens manus, voce paululum elevata, dicit:

**O**Rate fratres: vt meum ac vestrum Sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

*Minister, seu circumstantes respondent, alioquin ipsemet Sacerdos.*

**S**uscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis (vel meis) ad laudem & gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesie sue sancte.

*Sacerdos submissa voce dicit, Amen.*

*Deinde manibus extensis absolute sine Oremus, subjungit Orationes secretas.*

*Quibus finitis, cum pervenerit ad conclusionem, clara voce dicit: Per omnia secula seculorum, cum Præfatione, vt in sequentibus.*

*Præfatio incipitur ambabus manibus positâ hinc inde super Altare: quas aliquantulum elevat, cum dicit: Sursum corda. Jungit eas ante pectus, & caput inclinat, cum dicit, Grâtiâs agamus Domino Deo nostro.*

*Deinde disjungit manus, & disjunctas tenet usque ad finem Præfationis: quâ finitâ, iterum jungit eas, & inclinatus dicit, Sanctus. Et cum dicit, Benedictus qui venit. signum crucis sibi producit, à fronte ad pectus.*

**P** Er omnia secula secula.

lorum. Amen. Dominus

us vobiscum. Et cum spiritu

tuo. Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Grâtiâs agamus Domino Deo nostro.

Dignum & iustum est.

**V**ere dignum & iustum est,

æquum & salutare, nos tibi

semper

semper & ubique grâtiâs agere:

Domine sancte, Pater omni-

potens, æterne Deus: per Christum Do-

minum nostrum. Per quem Majestatem

tuam laudant Angeli,

adorant Dominationes, tremunt

potestates, Cæli cælorum-

que virtutes, ac beata Se-

raphim, sociæ exultationis

concelebrant. Cum quibus &

nostras voces vt admitti iube-

as deprecamur, suppliciter confes-

sione dicentes.

**S**anctus, Sanctus, Sanctus,

Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli & terra gloria tua.

Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.



# CANON MISSÆ.

*Sacerdos extendens & jungens manus, elevans ad cœlum, oculos, & statim demittens, profundè inclinatus ante Altare, manibus super eo positis dicit:*

**E**igitur clementissime Pater, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, *Osculatur Altare, uti accepta habeas, & benedicas, Jungat manus, deinde signet ter super oblata: Hæc ✠ donâ, hæc ✠ mûnera, hæc ✠ sancta Sacrificia illibata, Extensis manibus profecquitur:* Imprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica: quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto Orbe terrarum: unâ cum famulo tuo Papa nostro **N.** & Antistite nostro **N.** & omnibus Orthodoxis, atque Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.

*Commemoratio pro vivis.*

B

**M**emento Domine, famulorum, famularumque tuarum **N. & N.**

*Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit, deinde manibus extensis profecquitur:*

Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ: tibi que reddunt votâ suâ æterno Deo, vivo & vero.

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes, & memoriam venerantes, imprimis gloriosæ semper Virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi: sed & beatorum Apo-

stolo-

Istoóru ac Mátyrú tuóru,  
Petri & Pauli, Andréæ, Ia-  
cobi, Ioannis, Thomæ, Iacó-  
bi, Philippi, Bartholomæi,  
Matthæi, Simónis & Tha-  
dæi: Lini, Cleti, Clementis,  
Xyfti, Cornélii, Cypriani,  
Laurétij, Chryfogoni, Ioan-  
nis & Pauli, Colmæ & Da-  
miáni: & ómniú Sanctóru  
tuóru: quorú méritis preci-  
busq; concédas, vt in ómni-  
bus protectiõnis tuæ muni-  
ámur auxilio. *Iungit Manus.*  
Per eúndem Christum Dó-  
minum nostrum. Amen.

*Tenens manus expansas super  
oblata, dicit.*

**H**anc igitur oblatiõ-  
nem seruitutis nostræ,  
sed & cunctæ familiæ tuæ,  
quæsumus Dómine, vt pla-  
catus accipias: diésque no-  
stros in tua pace dispõnas,  
atque ab ætérna damnatiõ-  
ne nos éripi, & in electórum  
tuórum iubeas grege nu-  
marári. *Iungit manus.* Per

Christum Dóminum no-  
strum. Amen.

**Q**uam oblatiõnem tu-  
DEVS in ómnibus,  
quæsumus, *signat ter super o-  
blata, bene ✠ dictam, adscri-  
ptam, ra ✠ tam, rationá-  
bilem, acceptabilemque fa-  
cere digneris: signat semel su-  
per Hostiá, & semel super Calicé:*  
vt nobis Cor ✠ pus, & San-  
✠ guis fiat dilectissimi Fí-  
lij tui Dómini nostri Iesu  
Christi.

**Q**ui pridie quám pate-  
rétur. *Accipit Hostiá:*  
accépit panem in sanctas ac  
venerabiles manus suas:  
*Elevat oculos ad cælum:* & ele-  
uátis óculis in cælum ad te  
Deum Patrem suum omni-  
potenté: tibi gratias agens,  
*Signat super Hostiam, bene ✠*  
dixit, fregit, deditque disci-  
pulis suis, dicés: Accípите &  
manducáte ex hoc omnes.  
*Tenens ambabus manibus Hosti-  
am inter indices & pollices, pro-*

*fert ver-*

*fert verba consecrationis secreta,  
distinctè, & attentè.*

Hoc est enim Cor-  
pus meum.

*Prolatis verbis consecrationis,  
statim Hostiam consecra-  
n genuflexus adorat: surgit, ostendit  
populo, reponit super Corpora-  
le, iterum adorat: & non disiun-  
git pollices & indices, nisi quando  
Hostia tractanda est, vsque ad ab-  
lutionem digitorum.*

*Tunc detecto Calice, dicit:*

**S**imili modo postquam  
scenatum est, *Ambabus  
manibus accipit Calicem,* acci-  
piens & hunc præclarú Cá-  
licem in sanctas ac venerá-  
biles manus suas: item tibi  
grátias agens, *Sinistrá tenens  
Calicem dexterá signat super eum*  
bene ✠ dixit, deditque di-  
scípulis suis, dicens: Accípi-  
te & bibite ex eo omnes.

*Profert verba consecrationis se-  
creta super Calicem, tenens il-  
lum parum eleuatum:*

Hic est enim Calix san-  
guinis mei noui & ætér-

ni testaméti: mystériú  
fidei: qui pro vobis &  
pro multis effundétur in  
remissionē peccatórum.

*Prolatis verbis consecrationis,  
deponit Calicem super Corpora-  
le, & dicens secreta: Hæc quo-  
tiescúnque feceritis, in mei  
memóriam facietis. genuflexus  
adorat: surgit, ostendit popu-  
lo, deponit, cooperit, & iterum  
adorat.*

*Deinde disiunctis manibus dicit:*

**V**nde & memores Dó-  
mine, nos serui tui, sed  
& plebs tua sancta, eiusdem  
Christi Fílij tui Domini no-  
stri tam beatæ Passiõnis: nec  
non & ab inferis Resurrecti-  
õnis, sed & in cælos glorió-  
sæ Ascensionis: offerimus  
præclaræ Maiestati tuæ de  
tuis donis ac datis, *Iungit ma-  
nus, & signat ter super Hostiam &  
Calicem simul Hostiam ✠ pu-  
ram, Hostiam ✠ sanctam,  
Hostiam ✠ immaculatam,*  
*Signat semel super Hostiam, & se-*

*Ba*

*mel su-*



Canon Missæ.

mel super Calicem: Panem ✠ sanctum vitæ æternæ, & Calicem ✠ salutis perpetuæ.

Extensis manibus prosequitur.

**S**Vpra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es mûnera pûeri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahamæ: & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hóstiam.

Profundè inclinatus, junctis manibus, & super Altare positus, dicit:

**S**Vpplices te rogâmus omnipotens Deus: jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ maiestatis tuæ: vt quot quot, osculatur Altare, ex hac Altaris participatiône, sacrosanctum Filij tui *jungit manus, & signat semel super Hostiam, & semel super Calicem,*

Corpus, & Sanguinem sumpserimus, seipsum signat, omni benedictiône celesti & grátia repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Commemoratio pro Defunctis.

**M**emento etiam, Domine, famulorum, famularumq; tuarum **N.** & **N.** qui nos præcesserunt cum signo Fidei, & dormiunt in somno pacis.

*Jungit manus, orat aliquantulum, pro ijs Defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur: Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis, vt indulgeas, deprecamur. Iungit manus: Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.*

*Manu dexterâ percutit sibi pectus, elata parum voce dicens:*

**N**obis quoq; peccatoribus famulis tuis, d

multitu-

Canon Missæ.

multitudine miseratiõnum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpétua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia, & omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. *Iungit manus: Per Christum Dominum nostrum.*

**P**er quem hæc omnia Domine, semper bona creas, *Signat ter super Hostiam & Calicem simul, dicens: sancti ✠ ficas, vivi ✠ ficas, benedicis, & præstas nobis. Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dexterâ, tenens sinistra Calicem: signat cum Hostia ter à labio ad labium Calicis, dicens: Per ipsum ✠ sum, & cum ipso ✠ so, & in ipso ✠ so,*

*bis signat inter Calicem & pectus, est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ sancti, Eleuans porum Calicem cum Hostia dicit: omnis honor & gloria.*

*Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit, surgit, & dicit:*

Er omni a sæcu la sæcu-  
lorum, Amen.  
Oremus. Præceptis salutari-  
bus moniti, & divina  
institutiõne formati, au-  
demus dicere. *Extendit manus.*  
Ater, quies in ca-  
lis, san-

Canon Missæ.

lis. Sanctifi cetur nomen tuum.

Advéniat regnum tuum. Fiat

volúntas tu a, sicut in cælo

& in ter ra, Panem nostrum quo-

ti di ánum da nobis hó dí e.

Et di mit te nobis dé bi ta no-

stra, sicut & nos dimít timus de-

bi té ri bus nostris. Et ne nos

in cas in tenta ti ó nem.

¶ Sed lí be ra nos à ma lo.

Sacerdos submissâ voce dicit: Amen.

Deinde accipit Patenam inter indicem & medium digitos, & dicit:

**L**ibera nos, quæsumus Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus, & futúris: & intercedente beáta & gloriósa semper Virgine Dei Genitrice María, cum beátis Apóstolis tuis, Petro & Paulo, atq; Andréa, & ómnibus Sanctis signat se cum Patena à fronte ad pectus: da propítius pacem in diébus nostris: vt ope misericórdiæ tuæ adiúti, & à peccáto simus semper líberi, & ab omni perturbatióne secúri. Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam frangit eam super Calicem per medium, dicens: Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Partem

Canon Missæ.

Partem, quæ in dextera est, ponit super Patenam.

Deinde ex parte quæ in sinistra remansit, frangit particulam, dicens Qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus Sancti Deus.

Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super Patenam, & dextera tenens particulam super Calicem, sinistra Calicem, dicit:

Pró omnia sæcu-  
la sæcu-  
ló rum. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens:

Pax Dó mi ni, sit sæper vo-  
bis cum. Et cum spí ri-  
tu tu o.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secretè:

**H**æc coramixtio & cōsecratio Córporis & Sanguinis, Dómini nostri Iesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam, Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus Sacramento, iunctis manibus, & pectus non percutiéns, dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquié. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquié. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem sempiternam.

Deinde iunctis manibus super Altare, inclinatus dicit sequentes Orationes.

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spíritu sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus, & Sanguinẽ tuum, ab ómnibus iniquitatibus meis, & vniuersis malis: &

is: & fac me tuis semper in-  
hære mandatis, & à te nū-  
quam separari permittas.

Qui cum eodem Deo Patre  
& Spiritu sancto vivis & re-  
gnas Deus in sæcula sæculó-  
rum Amen.

**P**ercéptio Corporis tui  
Dómine Iesu Christe,  
quod ego indignus sumere  
præsumo, non mihi proué-  
niat in iudiciū & condem-  
nationem: sed pro tua pie-  
tate profit mihi ad tutamen-  
tum mentis & corporis, &  
ad medelam percipiendam.  
Qui vivis & regnas cū Deo  
Patre in vnitate Spiritus sã-  
cti Deus: per omnia sæcula  
sæculorum Amen.

*Genuflectit, surgit, & dicit:*

**P**anem cœlestem acci-  
piam, & nomen Dómi-  
ni invocábo.

Deinde parum inclinatus, accipit  
ambas partes Hostiæ inter pollicē  
& indicem sinistrae manus, & Pa-  
renam inter eundem indicem &  
medium, & dextera percutiens

pectus, elevata aliquantulum vo-  
ce, dicit ter devotè, & humiliter:

**D**omine, non sum di-  
gnus, vt intres sub te-  
ctum meum: sed tantum  
dic verbo, & sanabitur ani-  
ma mea.

*Postea dextrâ se signans cum  
Hostia super Patena,  
dicit:*

**C**orpus Dómini nostri  
Iesu Christi custódiat  
ánimam meam in vitam æ-  
tèrnã. Amen.

*Sumit reverenter ambas partes  
Hostiæ, jungit manus, & quiescit  
aliquantulum in meditatione San-  
ctissimi Sacramenti. Deinde dicit  
cooperit Calicem, genuflectit,  
colligit fragmenta, si quæ sint, ex-  
tergit Patenam super Calicem, in-  
terim dicens:*

**Q**uid retribuam Dómi-  
no pro omnibus, quæ  
retribuit mihi? Cálicem sa-  
lutáris accípiam, & nomen  
Dómini invocábo. Lau-  
dans invocábo Dóminum  
& ab inimicis meis salvus  
ero.

Accipit

*Accipit Calicem manu dextrâ,  
& eo se signans, dicit:*

**S**anguis Dómini nostri  
Iesu Christi custódiat á-  
nimam meam in vitam æ-  
tèrnã. Amen.

*Sumit totum Sanguinem cum  
particulâ. Quo sumpto, si qui sunt  
communicandi, eos communicet,  
antequam se purificet.*

*Postea dicit:*

**Q**uod ore sumpsimus  
Dómine, pura men-  
te capiamus: & de múnere  
temporáli fiat nobis remé-  
dium sempitèrnũ.

*Interim porrigit Calicem mini-  
stro, qui infundit in eo parum vi-  
ni, quo se purificat: deinde prose-  
quitur:*

**C**orpus tuum, Dómine,  
quod sumpsi, & Sãgvis  
quem potavi, adhæreat vi-  
sceribus meis: & præsta, vt  
in me non remâneat scéle-  
rum mácula, quem pura &

sancta refecerunt Sacramén-  
ta. Qui vivis & regnas in  
sæcula sæculorum. Amen.

*Abluit digitos, extergit, & sumit  
ablutionem: extergit os, & Cali-  
cem, quem operit, & plicato Cor-  
porali, collocat in Altari vt prius:  
deinde prosequitur Missam. Di-  
cto, post ultimam Orationem,  
Dóminus vobiscum.*

*R. Et cum spiritu tuo.  
V. Requiescant in pace.  
R. Amen.*

*Inclinat se ante medium Altaris,  
& manibus iunctis super  
illud, dicit:*

**P**laceat tibi Sancta Tri-  
nitas, obsequium servi-  
tutis meæ, & præsta, vt Sa-  
crificium, quod oculis tuæ  
majestatis indignus obtuli,  
tibi sit acceptabile, mihiq;  
& omnibus pro quibus il-  
lud obtuli, sit, te miserante,  
propitiabile. Per Chri-  
stum Dóminum nostrum.  
Amen.



C

MISSÆ

MISSÆ  
PRO DEFUNCTIS.

**IN COMMEMORATIONE  
Omnium Fidelium Defunctorum.**

**Introitus.**

**R**EQUIEM æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **Psal.** Te decet hymnus DEUS in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

**Deinde absolute repetitur, Requiem æternam. vsq; ad Psalmum.**

**Oratio.**

**F**idelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

**F**ratres. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu

oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Opórtet enim corruptibile hoc, induere in corruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christum Dominum nostrum.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **ψ.** In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

**Tractus.** Absolve, Domine, animas omnium fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorum. **ψ.** Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultionis. **℞.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequentia.**

**D**ies iræ, dies illa, Solvet sæclum in favilla:

Teste

**Missæ pro Defunctis.**

Teste David cum Sibilla.

**Q**uantus tremor est futurus, Quando iudex est venturus, Cuncta strictè discussurus!

**T**uba mirum spargens sonum Per sepulchra regionum, Coget omnes ante thronum.

**M**ors stupèbit, & natura, Cum resurget creatura, Judicanti responsura.

**L**iber scriptus proferetur, In quo totum continetur, Unde mundus judicetur.

**J**udex ergo cum sedebit, Quidquid latet, apparebit: Nil in ultimum remanebit.

**Q**uid sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus, Cum vix iustus sit securus.

**R**ex tremendæ maiestatis, Qui salvandos salvas gratis, Salva me fons pietatis.

**R**ecordare Jesu pie, Quòd sum causa tuæ viæ, Ne me perdas illa die.

**Q**uærens me, sedisti lassus: Redemisti, crucem passus: Tantus labor non sit cassus.

**I**uste iudex ultionis, Donum fac remissionis Ante diem rationis.

**I**ngemisco, tanquam reus: Culpa rubet vultus meus, Supplicanti parce Deus.

**Q**ui Mariam absolvisti, Et latronem exaudisti, Mihi quoque spem dedisti.

**P**reces meæ non sunt dignæ: Sed tu bonus fac benigne, Ne perenni cremer igne.

**I**nter oves locum præsta, Et ab hædis me sequèstra, Statuens in parte dextra.

**C**onfutatis maledictis, Flammis acribus addictis; Voca me cum benedictis.

**O**ro supplex & acclinis, Cor contritum quasi cinis, Gere curam mei finis.

**L**achrymòsa dies illa, Qua resurget ex favilla Judicandus homo reus:

**H**uic ergo parce Deus. Pie Jesu Domine, Dona eis requiem. Amen.

**Sequentia Sancti Evangelij secundum Joannem.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum. Amen, amen, dico vobis: quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala operantur, in resurrectionem iudicij.

C 2

Offer.

## Missæ pro Defunctis.

**Offertorium.** Domine Jesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de panis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ab sorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam: **Quam olim Abrachæ promissisti, & semini eius.** **ψ.** Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. **Quam olim.**

**Secreta.**

**H**ostias, quæsumus, Domine, quas tibi pro animabus famulorum, famularumque tuarum, offerimus, propitiatus intende: ut quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. **Per Dominum, &c.**

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine: **Cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es.** **ψ.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. **Cum Sanctis.**

**Postcommunio.**

**A**nimabus, quæsumus Domine, famulorum, famularumque tuarum, oratio proficiat supplicantium: ut eas & a peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias eile participes. **Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.**

**Dicto Dominus vobiscum, dicitur Requiescant in pace. R. Amen. & non datur benedictio: sed dicto secreto, P**laceat tibi Sancta Trinitas. **& osculato Altari, legitur Evangelium Sancti Joannis, In principio erat Verbum: ut moris est.**

**IN DIE OBITUS, SEU depositionis defuncti.****Introitus.**

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. **Psal.** Te decet Hymnus Deus, in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **Requiem æternam.**

**Oratio.**

**D**EUS, cui proprium est misereri semper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui **N.** quam hodie de hoc sæculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obviscaris in finem: sed iubeas eam a sanctis Angelis suscipi, & ad patriam paradisi perducere: ut quia in te speravit & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. **Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, &c.**

Lectio

## Missæ pro Defunctis.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli, ad Thessalonicenses.

**F**ratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus, in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra: & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. **ψ.** In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

**Tractus.** Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum. **ψ.** Et gratia tua illis succurrere mereantur evadere iudicium ultionis. **ψ.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui. **Sequentia.**

**D**ies iræ, dies illa, &c. **ut supra.**

C3

Sequentia Sancti Evangelij secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Martha ad Iesum: Domine, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quaecumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia resurget in resurrectione, in novissimodie. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtique Domine: ego credidi, quia tu es Christus, Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

**Offertorium.** Domine Jesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum, de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne ab sorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed Signifer Sanctus Michael, repræsentet eas in lucem sanctam: **Quam olim Abrahæ promissisti, & semini eius.** **ψ.** Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. **Quam olim.**

## Missæ pro Defunctis

## Secreta.

**P**ropitiare, quæsumus Dômine, animæ famuli tui **N.** pro qua hôteiã laudis tibi immolamus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt per hæc piæ placationis officia, pervenire mereatur ad réquiem sempiternam. Per Dôminum nostrum, &c.

**Communio.** **L**ux æterna luceat eis Dômine: **C**um Sanctis tuis in æternum, quia pius es. **ÿ.** Réquie æternam dona eis Dômine: & lux perpétua luceat eis. **C**um Sanctis.

## Postcommunio.

**P**resta, quæsumus omnipotês Deus: vt anima famuli tui **N.** quæ hodie de hoc sæculo migravit, his sacrificijs purgata, & a peccatis expedita, indulgentiam pariter & réquiem capiat sempiternam. Per Dôminum, &c.

**In die tertio, septimo, & trigésimo, de positionis Defuncti, dicitur Missa, vt supra, exceptis Orationibus, quæ dicantur**

## Oratio.

**Q**uæsumus, Dômine, vt animæ famuli tui **N.** cuius de positionis diem tertium, **vel** septimum, **vel** trigésimum cômémoramus, Sanctórum atq; electórum tuórum largiri digneris consortium: & re in misericórdiæ tuæ infundas. Per Dôminum nostrum, &c.

## Secreta.

**M**unera, quæsumus Dômine, quæ tibi pro anima famuli tui **N.** offerimus, placatus intēde: vt remédijs purgata cælestibus, in tua pietate requiescat. Per Dôminum nostrum, &c.

## Postcommunio

**S**uscipe, Dômine, preces nostras, pro anima famuli tui **N.** vt si quæ ei maculæ de terrenis cõtagijs adhæserunt: remissionis tuæ misericórdia deleantur. Per Dôminum nostrum, &c.

IN ANNIVERSARIO  
vnius Defuncti.

## Introitus.



**R**ÉQUIEM æternam dona eis Dômine: & lux perpétua luceat eis. **Psal.** Te decet Hymnus Deus, in Si-

on & tibi reddetur votum in Ierusalém: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

**R**équiem æternam.

## Oratio.

**D**EUS indulgentiarum Dômine: da animæ famuli tui (**vel** famulæ tuæ) cuius anniversarium de positionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dôminum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat, &c.

## Lectio

## Missæ pro Defunctis.

**L**ectio libri Machabæorum. **I**n diebus illis. Vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Ierusalém, offerri pro peccatis mortuórum Sacrificium, iuste & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem accéperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis solvantur. **Graduale.** Réquiem æternam dona eis Dômine: & lux perpétua luceat eis. **ÿ.** In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timébit.

**Tractus.** Absolve, Dômine, animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictórum. **ÿ.** Et gratia tua illis succurrēte, mereantur evadere iudicium ultionis. **ÿ.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

## Sequentia.

**D**ies iræ, &c. & in sequenti Missa, pro arbitrio Sacerdotis.

**S**equentia Sancti Evangelij secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorũ: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiiciam fo-

ras. Quia descendj de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatē eius qui misit me. Hæc est autem voluntas, eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in eum: habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offertorium.** Dômine Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum, de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer Sanctus Michaël, repræsente eas in lucem sanctam: **Q**uam olim Abrahæ promissisti, & semini eius. **ÿ.** Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. **Q**uam olim-

## Secreta.

**P**ropitiare, Domine, supplicationibus nostris, pro anima famuli tui, (**vel** famulæ tuæ) cuius hodie annua dies agitur, pro quo, **vel** qua) tibi offerimus sacrificium laudis: vt eam Sauctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dôminum nostrum, &c.

## Cummu

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine: Cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es. *Ps.* Requie æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. Cum Sanctis.

**Postcommunio.**

**P**resta, quæsumus Domine, vt anima famuli tui, (vel famulæ tuæ) cuius anniversarium depositionis diem commemoramus: his purgata sacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capiat sempiternam. Per Dominum nostrum, &c.

**IN ANNIVERSARIO  
Plurimorum Defunctorum.****Introitus.**

**R**EQVIEM æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. *Psal.* Te decet Hymnus Deus, in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalém: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem æternam.

**Oratio.**

**D**eus indulgentiarum Domine: da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum &c.

**L**ectio libri Machabæorum.

**I**n diebus illis. Vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam, offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium, iuste & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis solvantur.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. *Ps.* In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

**Tractus.** Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum. *Ps.* Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultionis. *Ps.* Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequentia.**

**D**ies iræ, &c. vt in sequenti Missa, pro arbitrio Sacerdotis. Sequentia Sancti Evangelij secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiciam for-

ras

ras. Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est autem voluntas, eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in eum: habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offertorium.** Domine Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum, de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed Signifer Sanctus Michael, representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abraham promisti, & semini eius. *Ps.* Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim-

**Secreta.**

**P**ropitiare, Domine, supplicationibus nostris, pro animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: vt eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum nostrum, &c.

D

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine: Cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es. *Ps.* Requie æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. Cum Sanctis.

**Postcommunio.**

**P**resta, quæsumus Domine: vt animæ famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus: his purgata Sacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capient sempiternam. Per Dominum nostrum, &c.

**IN MISSIS QUOTIDIANIS  
Defunctorum.****Introitus.**

EQVIEM æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. *Psal.* Te decet Hymnus Deus, in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalém: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem æternam.

**Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. Oratio.**

**D**EUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Dominum nostrum, &c.

Pro de.

*Pro defunctis fratribus, propin-  
quis, & benefactoribus.*

*Oratio.*

**D**eus, veniæ largitor, & hu-  
manæ salutis amator: quæ-  
sumus clemenciam tuam, ut nostræ  
congregationis fratres, propin-  
quos, & benefactores, qui ex hoc  
sæculo transierunt: beata Maria  
semper Virgine intercedete, cum  
omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ  
beatitudinis consortium perveni-  
re concedas. Per Dominum.

*Pro fidelibus defunctis, generalis*

*Oratio.*

**F**idelium, Deus, omnium con-  
ditor & redemptor, animabus  
famulorum, famularumque tua-  
rum, remissionem cunctorum  
tribue peccatorum: ut indulgen-  
tiam, quam semper optaverunt,  
pijs supplicationibus consequan-  
tur. Qui vivis & regnas cum Deo  
Patre, &c.

**L**ectio libri Apocalypsis beati  
Joannis Apostoli.

**I**n diebus illis: Audivi vocem  
de cælo, dicentem mihi: Scri-  
be, beati mortui, qui in Domino  
moriuntur. A modo iam dicit spi-  
ritus, ut requiescant à laboribus  
suis. Opera enim illorum sequun-  
tur illos.

*Graduale.*  
**R**equiem æternam do-  
na eis Domine: & lux perpetua lu-  
ceat eis. *Ps.* In memoria æterna

erit justus: ad auditione mala non  
timébit.

**Tractus.** **A**bsolve, Domine, ani-  
mas omnium fidelium defuncto-  
rum, ab omni vinculo delictorū.

**Et** grátia tua illis succurrénte  
mereantur evadere iudicium viti-  
onis. **Et** lucis æternæ beatitu-  
dine perfrui.

**S**equéntia Sancti Evangelij secun-  
dum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus tur-  
bis Judæorum: Ego sum panis  
vividus, qui de cælo descendi. Si quis  
manducaverit ex hoc pane, vivet  
in æternum. Et panis quem ego  
dabo, caro mea est pro mundi vi-  
ta. Litigabant ergo Judæi ad invi-  
cem, dicentes: Quomodo potest  
hic nobis carnem suã dare ad man-  
ducandum? Dixit ergo eis Jesus:  
Amen, amen dico vobis: nisi man-  
ducaveritis carnem Filij hominis,  
& biberitis ejus sanguinem, non  
habebitis vitam in vobis. Qui  
manducat meam carnem, & bibit  
meum sanguinem, habet vitam  
æternam: & ego resuscitabo eum  
in novissimo die.

**Offertorium.** Domine Jesu Chri-  
ste, Rex gloriæ, libera animas om-  
nium fidelium defunctorum de  
pœnis infèrni, & de profundo la-  
cu: libera eas de ore leónis, ne ab-  
sorbeat eas tartarus, ne cadant in  
obscurum: sed Signifer sanctus Mi-  
chaël repræsentet eas in lucem. *san-*

sanctam: Quã olim Abrahæ pro-  
mitti, & semini eius. **Ps.** Hóstias  
& prece tibi, Domine, laudis of-  
ferimus: tu suscipe pro animabus  
illis, quarum hodie memoriam fa-  
cimur: fac eas, Domine, de mor-  
te transire ad vitam. Quam olim.

*Pro defunctis Episcopis, seu Sa-  
cerdotibus. Secreta.*

**S**uscipe, quæsumus Domine,  
pro animabus famulorum tu-  
orum Pontificum, seu Sacerdotū,  
quas offerimus, hostias: ut quibus  
in hoc sæculo Pontificale, seu Sa-  
cerdotale donasti meritum, in cæ-  
lesti regno Sanctorum tuorum iu-  
beas iungi consortio. Per Domi-  
num nostrum, &c.

*Pro defunctis Fratribus, propin-  
quis, & benefactoribus.*

*Secreta.*

**D**eus, cujus misericordiæ non  
est numerus, suscipe propiti-  
us preces humilitatis nostræ: & a-  
nimabus fratrum, propinquorum,  
& benefactorum nostrorum, qui-  
bus tui nominis dedisti confessio-  
nem: per hæc Sacramenta salutis  
nostræ, cunctorum remissionem  
tribue peccatorum.

*Pro omnibus fidelibus defunctis.*

*Secreta.*

**H**óstias, quæsumus Domine,  
quas tibi pro animabus fa-  
mulorum, famularumque tuarum

offerimus, propitiatus intende: ut  
quibus fidei Christianæ meritum  
contulisti, dones & præmium. Per  
Dominum, &c.

**Communio.** **L**ux æterna luceat  
eis Domine: **C**um Sanctis tuis in  
æternum, quia pius es. **Ps.** Requie  
æternam dona eis Domine: & lux  
perpetua luceat eis. **C**um Sanctis.

*Pro defunctis Episcopis, seu Sa-  
cerdotibus. Postcommunio.*

**P**rofit, quæsumus Domine,  
animabus famulorū tuorum,  
Pontificum, seu Sacerdotum, mi-  
sericordiæ tuæ implorata clemen-  
tia: ut ejus, in quo speraverunt &  
crediderunt, æternum capiant, te  
miserante, consortium. Per Do-  
minum nostrum, &c.

*Pro defunctis Fratribus, propin-  
quis, & benefactoribus.*

*Postcommunio.*

**P**æsta, quæsumus, omnipotēs  
& misericors Deus: ut animæ  
fratrum, propinquorum, & bene-  
factorum nostrorum, pro quibus  
hoc Sacrificium laudis, tuæ obtuli-  
mus majestati: per hujus virtutem  
Sacramenti a peccatis omnibus  
expiatæ, lucis perpetuæ, te mise-  
rante, recipiant beatitudinem.

*Pro omnibus fidelibus defunctis.*

*Postcommunio.*

**A**nimabus, quæsumus Domi-  
ne, famulorum, famularūq;  
tuarum oratio proficiat supplicā-  
tium.



tium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

*Epistolæ & Evangelia superius posita in vna Missa pro Defunctis, dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.*

**MISSA S. GREGORII**  
pro Defunctis.  
Introitus.

**R**EQVIEM æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. *Psal.* Te decet Hymnus Deus, in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalém: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem æternam.

**Oratio.**

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui nos beati Gregorij Confessoris tui, atque Pontificis, commemoratione latificas, quiq; eius precibus & meritis, Defunctorum animas à supplicijs misericorditer liberasti: quæsumus, vt pijs eiusdem suffragijs, animam famuli tui, (vel famulæ tuæ) **N.** à purgatorij pœnis placatus eripias, ereptamq; cœlestium bonorum facias esse consortem. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit, &c.

**L**ectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

**I**N diebus illis: Audivi vocem, de cœlo, dicentem mihi: Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo jam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. *Ps.* In memoria æterna erit justus: ab auditiõne mala non timébit.

**Tractus.** Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorũ *Ps.* Et grátia tua illis succurrénte mereantur evadere iudicium vltimõnis. *Ps.* Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

Sequéntia Sancti Evangelij secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus turbis Judæorum: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suã dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui mandu-

mandu-

manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offertorium.** Domine Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum, de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed Signifer Sanctus Michaël, representet eas in lucem sanctã: Quam olim Abraham promisisti, & semini eius. *Ps.* Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim.

**Secreta.**

**S**uscipe Domine, quæsumus, Hostias placationis & laudis, quas in honore Sancti Gregorij Confessoris tui, atq; Pontificis, commemoratione deferimus: & pro requie famuli tui (vel famulæ tuæ) te suppliciter exoramus. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine: Cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es. *Ps.* Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpétua luceat eis. Cum Sanctis.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatiõne muneris sacri, quæsumus Domine

Deus noster, vt per intercessionem Sancti Pontificis tui Gregorij, anima famuli tui (vel famulæ tuæ) **N.** pro qua tuã deprecamur clementiam, à pœnis omnibus segregata, suæ salutis sentiat effectum. Per Dominum, &c.

**ORATIONES DIVERSÆ**  
pro Defunctis.

*In die Depositionis, & Anniversario Summi Pontificis, dicitur prima Missa, vt supra, præter Orationes, quæ dicuntur vt infra.*

**Oratio.**

**D**Eus, qui inter Summos Sacerdotes, famulum tuum **N.** ineffabili tua dispositione cõnumerari voluisti: præsta quæsumus, vt qui vni geniti filii tui vices in terris gerébat, Sanctorum tuorum Pontificũ consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum, &c.

**Secreta.**

**S**uscipe, quæsumus, Domine, pro anima famuli tui **N.** Summi Pontificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritũ, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum, &c.

**Postcommunio.**

**P**rofit, quæsumus, Domine, animæ famuli tui **N.** Summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata cle-

ta clemētia: vt eius, in quo speravit & credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per &c.

*Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, vt supra, Orationes verò ut infra.*

*Oratio.*

**D**us, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum **N.** Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum, &c.

*Secreta.*

**S**uscipe, quæsumus Domine, pro anima famuli tui **N.** Pontificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per Dominum, &c.

*Postcommunio.*

**P**rostit, quæsumus Domine, animæ famuli tui **N.** Pontificis, misericordiæ tuæ implorata, & credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum.

*Pro defuncto Sacerdote dicuntur eadem Orationes: sed vbi dicitur Pontificali, dicatur Sacerdotali; & pro Pontificis, dicatur Sacerdotis. Si fuerint plures, dicatur vt supra in iij. Missa.*

*Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur, famulum tuum N. Episcopum Cardinalem. Pontificali fecisti dignitate, &c.*

*Pro Presbytero Cardinali dicatur, famulum tuum N. Presbyt. Cardinale Sacerdotali fecisti, &c.*

*Pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio: Inclina Domine, quæ habetur paulo infra, hoc modo: vt animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc, &c.*

*Pro defuncto Episcopo alia, Oratio.*

**D**A nobis, Domine, vt animam famuli tui **N.** Episcopi, quæ de huius sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribuas esse consortem. Per Dominum.

*Secreta.*

**A**nnue nobis, quæsumus Domine, vt animam famuli tui **N.** Episcopi, hæc pro sit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per, &c.

*Postcommunio.*

**H**is sacrificijs, quæsumus omnipotens Deus, purgata anima famuli tui **N.** Episcopi, ad indulgentiam & refrigerium sempiternum pervenire mereatur. Per, &c.

*Pro defuncto Sacerdote.*

*Et possunt dici pro pluribus in numero plurali.*

*Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus Domine, vt anima famuli tui **N.** Sacerdotis, quem in hoc sæculo comorantem, sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per Dominum, &c.

*Secreta.*

**S**uscipe, quæsumus Domine, pro anima famuli tui **N.** Sacerdotis, quas offerimus hostias: vt cui Sacerdotale donasti meritum, dones & præmiū. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus, vt animam famuli tui **N.**

*Sacer-*

Sacerdotis, in congregatione iustorum, æternæ beatitudinis iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum Iesum.

*Pro vno defuncto.*

*Oratio.*

**I**nclina Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quæ de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & Sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum Iesum.

*Secreta.*

**A**nnue nobis, quæsumus Domine, vt animam famuli tui hæc pro sit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum Iesum.

*Postcommunio.*

**A**bsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum nostrum.

*Pro vna defuncta.*

*Oratio.*

**Q**uæsumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ: & a contagijs mortalitatis exuta, in æternæ saluationis partem restitue. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**H**is Sacrificijs, quæsumus Domine, anima famulæ tuæ a peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber extitit; vt per hæc piæ placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**I**nveniat, quæsumus Domine, anima famulæ tuæ, lucis æternæ consortium: cuius perpetuæ misericordiæ consecuta est Sacramentum. Per Dominum.

*Pro Patre & Matre Sacerdotis.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus patris & matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**S**uscipe Sacrificium, Domine quod tibi pro animabus patris & matris meæ offero: eisque gaudium sempiternum in regione vivorum concede: meque cum illis felicitati Sanctorum coniunge. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**C**ælestis participatio Sacramenti, quæsumus Domine, animabus patris & matris meæ, requiem & lucem obtineat perpetuam: meque cum illis gratia tua

coronet

## Orationes diversæ pro Defunctis.

coronet æterna. Per Dominum.

**Si pro Patre tantum, vel Matre tantum, dicatur in singulari.**

**Oratio.**

**D**eus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animæ patris mei (vel matris meæ,) eiusq; peccata dimitte: meq; eum, (vel eam) in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum.

**Secreta.**

**S**uscipe Sacrificium, Domine, quod tibi pro anima patris mei (vel matris meæ,) offero: eiq; gaudium sempiternum in regione vivorum concede: meq; cum illo, (vel cum illa) felicitati Sanctorum coniunge. Per Dominum. **Postcommu.**

**C**ælestis participatio Sacramenti, quaesumus Domine, animæ patris mei, (vel matris meæ) requiem & lucem obtineat perpetuam: meque cum illo, (vel illa,) gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum.

**Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus.**

**Oratio.**

**D**eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quaesumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: beata Maria semper Virgine intercedete, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuam

beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

**Secreta.**

**D**eus, cuius misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem: per hæc Sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum.

**Postcommunio.**

**P**resta, quaesumus, omnipotens & misericors Deus: ut animæ fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc Sacrificium laudis, tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutem Sacramenti à peccatis omnibus expiata, lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum nostrum.

**Pro his qui in Cœmeterio requiescunt. Oratio.**

**D**eus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt: famulis & famulabus tuis, & omnibus hic & ubiq; in Christo quiescentibus: da propitius veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Dominum.

**Secreta.**

**P**ro animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnium Catholicorum hic & ubique

## Orationes diversæ pro Defunctis.

ubique in Christo dormientium, hostiã, Domine, suscipe benignus oblãtam: ut hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exuti, vitam mereantur æternam. Per eundem Dominum.

**Postcommunio.**

**D**eus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus tuis, quorum corpora hic & ubique in Christo requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem Dominum nostrum Jesum.

**Pro pluribus defunctis.**

**Oratio.**

**D**eus, cui proprium est misereri semper & parcere: propitiare animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Dominum nostrum. **Secreta.**

**A**nue nobis, quaesumus Domine, ut animabus famulorum, famularumque tuarum, hæc profit oblãtio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**D**eus, cui soli competit medicinam præstare post mor-

tem: præsta quaesumus, ut animæ famulorum, famularumq; tuarum, terrenis exutæ contagijs, in tuæ redemptionis parte numerentur. Qui vivis & regnas.

**Alia pro pluribus Defunctis**

**Oratio.**

**A**nimabus, quaesumus Domine, famulorum, famularumque tuarum, misericordiam concede perpetuam: ut eis proficiat in æternum, quod in te speraverunt & crediderunt. Per Dominum.

**Secreta.**

**H**is, Domine quaesumus, placatus intende muneribus: & quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**S**upplices, Domine, pro animabus famulorum, famularumq; tuarum, preces effundimus obsecrantes: ut quidquid conversatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

**FINIS.**

DE HIS QUÆ OMITTUNTUR IN MISSA  
PRO DEFUNCTIS

**I**N Missa pro Defunctis, ante Confessionem, non dicitur Psalmus, *Judica me Deus, sed pronunciata Antiphona, Introibo ad Altare Dei, & responso a ministro, Ad Deum qui latificat, & dicitur y. Adiutorum nostrum, & Confessio, cum reliquis ut supra. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum non signat se, sed manu dextrâ extensa, facit signum Crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria Patri, sed post Psalmum repetitur, Requiem æternam. nec dicitur Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Iube Domine benedicere, nec Dominus sit in corde meo, nec osculatur librum in fine. Non dicitur Credo, non benedicitur aqua in Calicem fundenda: dicitur tamen Oratio, Deus, qui humanæ substantiæ, &c. Cum lavat manus, in fine Psalmi, Lavabo inter innocentes, non dicitur Gloria Patri. Ad Agnus Dei, non dicitur Miserere nobis cujus, loco dicitur, dona eis requiem: nec tertio dona nobis pacem cuius loco dicitur, dona eis requiem sempiternam: neque percutitur pectus. Non dicitur prima Oratio ante Communionem, scilicet, Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite Missa est, nec, Benedicamus Domino, sed, Requiescant in pace. Et non datur benedictio: sed dicto Placeat, & osculato Altari, dicitur ut supra. In principio erat Verbum, &c. Alia omnia ut in alijs Missis.*

In Missa solemni, non incensatur Altare ad Introitum, & Subdiaconus finita Epistolâ non osculatur manum Celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur Celebrantis manum: non tenentur luminaria ad Evangelium, nec portatur incensum, sed duo tantum Acolythi sine Candelabris stant, unus à dextris, & alter à sinistris Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine Celebrans; nec defertur liber Evangeliorum osculandus. Oblata & Altare incensantur, ut supra: incensatur solus Ce-

lebrans, & non incensantur alij. Subdiaconus non tenet Patenam post Celebratorem: sed tempore elevationis Sacramenti, genuflexus in cornu Epistolæ illud incensat. Ministri cum aliquid porrigunt Celebranti, in hac Missa non osculantur ejus manum, neque rem quæ porrigitur.

Si distribuendæ sunt candelæ, distribuuntur post Epistolâ: & accendantur ad Evangelium, ad elevationem Sacramenti, & post Missam, dum fit Absolutio. Si habendus est sermo, habeatur finita Missa ante Absolutionem.

Finita Missa si faciendâ est Absolutio, Celebrans trahit se ad cornu Epistolæ, ubi exiit Calicula, & deposito Manipulo, accipit Pluviale nigrum. Subdiaconus medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis, defert Crucem sicut in processionibus, præcedentibus duobus alijs Acolythis, uno cum thuribulo, & navicula incensi, alio cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio; sequitur Celebrans, factâ prius Altari reverentiâ, & Diaconus à sinistris ejus. Subdiaconus cum Cruce silit se ad pedes tumuli, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythos tenentes luminaria: Celebrans verò ex alia parte in capite loci inter Altare & tumulum, aliquantum versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat: à sinistris ejus Diaconus, & propè eum alij duo Acolythi deferentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ. Iterum cantantur *Re. Libera me Domine*, & circa illius finem Celebrans ponit incensum in thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naviculam, & finito *Kyrie eleison*, incipit intelligibili voce, *Pater noster*, & secretè proseguendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, & factâ Altari reverentiâ, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente simbriam anteriorem Pluvialis, circueiens tumulum, aspergit illum aqua benedicta, ter à parte dextra, & ter à sinistra: cum transit ante Crucem, profunde inclinat, Diaconus verò genuflectit: postea de manu ejusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aspererat, incensat. Et rediens

ens ad pristinum locum. Diacono tenente librum, iuxta manus dicit: Et ne nos, & versus: A porta inferi, & Requiescant in pace, Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus, cum Oratione, Absolve quæsumus Domine &c. in proprio Missarum pro Defunctis: post eam dicens, Requiem æternam, &c. facit Crucem manu dextrâ super tumulum: & dicto per Cantores, Requiescant in pace, præcedente Cruce redit cum alijs ad Sacriliam.

Super Tumulum Defuncti,  
Oratio.

**A** Desto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris, & pijs aures tuas ad preces nostras inclinare digneris, ut nos de throno majestatis tuæ clementer exaudias, & orationes famulatus nostri dignanter admittas. Te invocamus Domine Sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, pro anima famuli tui *N.* quem hodierna die de hac luce vocare dignatus es, ut jubeas ei preparare paradisi tui loca virèntia, non exurat eum flamma ignis crudelis gehennæ: quia propterea Dominus noster Jesus Christus Filius tuus in ligno Crucis sub Põtio Pilato pati dignatus est, ut animas, quæ per Adæ transgressionem perierat, tuâ sanctâ resurrectione, ab inferni claustris liberaret.

Confundantur ergo gehennæ janitores, & ministri nequitiae erubescant. Deducant eam Angelicæ potestates in sinus Patriarcharum, Abrahamæ, Isaac, & Jacob, Patrum nostrorum: consequatur, tuâ potèntiâ paratam electis jucunditatem, & à dextris hæreditatè adeptâ lætetur: ut cum dies ille tremendæ agnitionis tuæ, advenerit, unâ cum Sanctis & electis tuis, qui tibi placuerunt, resurgere mereatur ad indulgentiam, non ad poenam. Et animam illam quam Fontis vnda perfudit, & Christina salutis inunxit, non sinas flammaram ardoribus cruciari, nec peccatorum vinculis alligari: sed liberam redde Paradiso tuo: per indulgentiam pietatis tuæ, quia tuâ clementiam, dum in hoc sæculo constitit, non negavit. Per Christum Dominum nostrum. *Re. Amen.*  
*y.* Requiem æternam dona eis Domine. *Re.* Et lux perpétua luceat eis *y.* Requiescant in pace *Re. Amen.*

**A** Nimæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. *Re. Amen.*

Sanctus Gregorius.

**P**œna vivorum & mortuorum relaxabitur illis, pro quibus dicitur Missa: præcipue illorum, pro quibus oratur in speciali,

Sanctus Hieronymus.

**P**ro qualibet Missa devotè celebrata, plures animæ exiunt de purgatorio.

Sanctus Hieronymus.

**A** Nimæ, quæ in purgatorio torquentur, pro quibus solet Sacerdos in Missa orare, interim nullum tormentum sustinent, dum Missa celebratur.

Sanctus Gregorius.

**A** Udire Missam devotè, alleviat animas fidelium Defunctorum, & remittit peccata eorum.

I niti-




Incipit Evangelium  
secundum IOANNEM  
In principio erat Ver-  
bum & Verbum erat  
apud DEVM & DEVS  
erat Verbum. Hoc erat in  
principio apud DEVM.  
Omnia per ipsum facta  
sunt & sine ipso factum  
est nihil. Quod factum est  
in ipso vita erat: & vita e-  
rat lux hominum: & lux in  
tenebris lucebat, & tenebrae  
eius non comprehendere-  
sunt. Fuit homo missus a  
Deo, cui nomen erat IOAN-  
NES. Hic venit in testimo-  
nium, ut testimonium per-  
hiberet de lumine, ut om-  
nes crederent per illum.  
Non erat ille lux, sed ut te-  
stimonium perhiberet de

luminis. Verbum enim  
fuit in principio  
in mundo erat & mun-  
dus per ipsum factus est.  
Mundus cum non cognovit  
in propria venit, & hinc  
non receperunt. Quocirca  
non receperunt eum, dedit  
eis potestatem super  
his, qui crediderunt in nomine  
eius. Qui non ex sanguinibus  
neque ex voluntate carnis,  
neque ex voluntate viri, sed  
ex DEO nati sunt. Et  
VERBUM CARO FACTUM  
EST, & habitavit in nobis,  
& vidimus gloriam eius  
(gloriam quasi virginem a  
Patre plenam gratiae  
& veritatis.

Incipit Evangelium  
secundum IOANNEM







MONTAGNE

HISTOIRE DE LA FRANCE

MONTAIGNE